Proceſsu et finali executione facienda iuxta praescripta iuris communis contra impossessionatos laudati remisit decreti praesentis vigore.

Super Seuerino Sobieski Astio

Generosus Andreas Wronowski Wolenic. Actorea et iuuenilis sub parte nobilem Seuerinum Sobieski ad satis: faciendum praecondemnatis in lucro conuictum, et nobilem generosum Regni nobilem Joannem Zaleski iustitiae ad Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense, ad instantiam supradictae Actoreae partis, quatuor diebus ultra iuris communis formam vocatus et non comparens, in termino Seuerino peremptorio conuicto assito, per celebrationem terminorum Judicium praesens in lidem iudicium condemnavit, iuxta suam citationem infrascripti tenoris huiusmodi:

Joannes Firley a Dambrowica Lublinensis etc Capitaneus. Tibi nobili Seuerino Sobieski siue possessionato tanquam possessionato, sin minus tanquam impossessionato de persona tua, ac bonis tuis quibusuis rebus mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis Mandamus vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in Terminis Judicialibus feria praecedente festum sanctae Priscae Virginis proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis vel ijs defficientibus tandem in proxime venturis ad instantiam generosi Andreae Wronowski Wolenic personaliter peremptorieque compareas. Qui te citat, alias [illegible] ad soluendum et satisfaciendum sibi pro his omnibus pro quibus te in judiciis ordinariis genera:

generalibus Tribunalis Regni Lublinen. in Pa-
latinatu Lublinen. in toto suo lucro, pro toto
ex admissione Judicij B. dicti Judicio condemna-
uit. Quia te citauerat et nunc citat, pro eo, quia
tu eius Actori non vis persoluere summam ducen-
torum florenorum pecuniae communis iuxta certam in-
scriptam Actis Castrensibus Lublinensibus ro-
boratam debitam, quam debuisti eidem Actori
pro duabus temporum ratis iam praeteritis sol-
uere. Videlicet unam ratam centum florenorum pecu-
niae Polonicalis, pro die et festo natiuitatis
sancti Joannis Baptistae, in Anno millesimo
sexcentesimo decimo proxime praeterito: alteram
vero ratam centum florenorum Polonicalium pro
die et festo circumcisionis Christi domini proxi-
me praeterito, non soluisti nec vis persoluere
uti facias, commisisti in poenam damnum et [illegible] A-
ctoris non mediocre, quae sibi pensat contra te
ad quadringentos florenos pecuniae Polonicalis et
damni totidem vel prout Judicium decernet, ad comisin
Judicio sto, contumax pro condemnatis in lucro satis-
facturus. Datum in Castro Lublinensi feria sexta post
festum sancti Thomae Apostoli proxima Anno domini
millesimo, sexcentesimo undecimo.
Judicium autem satisfactionis pro lucro rigore actionis termini
peremptorij conuitatorij, ad affectionem partis Actoreae d-
ictum officium Capitaneale Castri Lublinensis decreuit et citatum talem
[illegible] taxam quadringentorum florenorum pecuniae Po-
lonicalis summae contumaciae lucratae per Actorem paratae pe-
cuniae coram Judicio officio persoluat; atque dicto officio [illegible]
Actoribus in decursu duarum septimanarum satisfaciat
aut fideiussores idoneos possessionatos statuat, quod officio [illegible]
Judicatum in

in decursu sex septimanarum satisffaciet. In ca-
su vero non satisffactionis decreto praesentis Iudicium prae-
sens Capitaneale Castrense Lublinense causam praesentem ad Iudicium
Commissorium y ulteriori processu, et finali executi-
one faciendam, iuxta praescriptum iuris communis contra
impossessionatos laudati remisit decreti praesentis vi-
gore.

Et hic in continenti ad acta stans coram Iudicio praesenti
Capitaneali Castrensi Lublinensi Ministerialis Regni generalis pro-
vidus Joannes Burdaszek officio praesenti bene notus
palam recognovit se condictionem suprascriptam ex condemnatione praemis-
sorum emanatam, ex parte Actoris suprascripti con-
tra citatum praenominatum die unico ante festum cir-
cumcisionis Christi Domini proxime praeterito, in curia
villae Gosciradow residentiae citati in stuba in mensa
posuisse et consorti citati ostendisse publicasse.

Super eodem altera

Providus Andreas Wronowski Kolenic, Actor,
Nobilem Severinum Sobieski, ad satisfaciendum pro con-
demnatis in lucro conciliorum, per Ministerialem Regni generalem
nobilem Joannem Zaleski, iuridice ad Iudicium prae-
sens Capitaneale Castrense Lublinense ad instantiam suprascripti
Actoris, quatuor diebus ultra iuris communis formam
vocatum, et non comparentem, in termino iudiciis peremptorio
conciliatorio, pro celebratione terminorum Iudicium prae-
sens incidentem, in dicto condemnavit, iuxta suam actionem
infrascriptam tenoris huiusmodi:

Ioannes Firlei de Dambrowica Lublinensis etc. Capitaneus
Tibi nobili Severino Sobieski, uti impossessionato,
de persona tua, quoniam de possessione tua nullibi con-
stat, Mandamus Vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio
ut coram nobis seu Iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lubli-
nensi